

Nullius, seu Calaguritana Iuris ordinandi.

Rev. Pater. **P**raesentis controuersiae resolutio super competentia Iuris ordinandi, & litteras dimissorias concedendi subditis saecularibus ex vnica inspectione dependet: an scilicet Reuerendissimus Abbas principalis habeat Territorium separatum, & distinctum a qualibet alia dioecesi, & signanter Calaguritana, cum facultate omnimoda exercendi Iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos; quam inspectionem examinandam suscipimus & deinde alterius ab ea dependentis, & in plura dubia distributae examen assumemus.

Constat itaque de Territorio proprio & separato Reuerendissimi Abbatis cum exercitio omnimodae Iurisdictionis quasi Episcopalis; tum ex immemorabili possessione, tum ex re iudicata, qui sunt modi iustificandi Iurisdictionem cum qualitate Nullius attentae praesumptionis priuilegii Apostolici exinde resultante, vt tradunt *Fagnan in cap. cum ab Ecclesiarum num. 14. & in cap. Nullius num. 2. de Parochis Spad. conf. 128. numer. 4. tom. 3. Tamburin. de Iure Abbat. disput. 15. quest. 9. num. 8. & 9. tom. 1. Rota in Capuana seu montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. aut ex tam longaua coram bon. me. Bourlemont.*

Ex consuetudine inquam immemorabili qualitas separati Territorii resultat, quia ex depositionibus 34. Testium in vim Remissoriae Rotalis vsq; de anno 1609. formiter examinerum &c. non solum probatur continuatum, & numquam interruptum in nostro Abbate exercitum Iuris Episcopalis, & Dioecesani in Clerum, & populum priuatiue ad quaecumque Episcopum, & signanter Calaguritanum, quod sufficeret ad comprobendam competentiam Iurisdictionis quasi Episcopalis, & separationem Territorii, vt firmiter *Rota post Tamburin. de Iur. Abbat. d. 54. num. 5. & d. 65. num. 8. & coram Coccin. d. 1054. num. 2. & d. 207. in fine vers. seu totaliter par. 2. diuers. & d. 274. num. 5. par. 17. rec.*

Verum etiam probatur actualis, realis, & formalis separatio Territorii, quod ab iisdem Testibus assignatur distinctum.

à quacumq; Diocesi, & signanter ab illa Episcopi Calaguritaniani, cum suis certis, & particularibus limitibus, reddita optima ratione eorum scientiæ, & ex quo fuerunt præsentis recognitioni, & appositioni terminorum factæ super 40. annos ante eorum examen inter ministros Episcopi Calaguritaniani, & nostri Abbatis, qui quidem apponi solent ad effectum distinguendi Iurisdictionis pertinentiam iuxta doctrinam Ioan. Andr. in cap. cum causa de probat. Hieron. de Mont. de fin. Regund. cap. 9. num. 7. Rota coram Peuting. d. 12. num. 4. & seqq. & in recent. d. 203. num. 1. par. 7.

Cumque prædicti Testes deponant de exercitio priuatiuo Iurisdictionis quasi Episcopalis cum omnibus requisitis gloss. in c. 1. verb. memoria de præscript. in 6. quodque Territorium Abbatis pro particulari, & separato semper habitum fuerit, absque dubio probant illius separationem, ut firmant Abb. in cap. auditis num. 7. de præscript. Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 24. num. 206. Bellet. disquis. Clerical. par. 1. tit. de Iurisdic. Abbat. S. Michael. §. unico num. 3. cum seqq. Rota penes Post. de manutent. d. 348. num. 9. & penes Tondut. de pension. d. 31. nu. 10. & coram Mantic. d. 361. num. 1. & seq. & in recent. d. 203. num. 1. par. 7. & d. 483. num. 14. par. 14. & d. 340. num. 16. par. 15. & in Brixen. Iurisdictionis 5. Iulii 1688. §. at verò coram R. P. D. Aprara.

Potissimum cum Reuerendissimo Abbati assistat inconcussa, & pacifica obseruantia iuo ad omnes actus pertinentes ad Iurisdictionem quasi Episcopalem, quæ non minus ex facto, quàm ex non facto depromitur, vt monet Rota d. 127. n. 20. & decis. 130. num. 32. par. 12. recent.

Ex facto quidem nostrorum Abbatum pro tempore, quia tum ex Testibus, tum ex actibus recensitis in nostro Summ. n. 6. apparet, Abbates semper cognouisse causas tam prophanas, quàm Spirituales, Ciuiles, & Criminales in toto districtu sui Territorii, & inter personas sibi subiectas & ad hunc effectum retinuisse Tribunal apertum cum solitis ministris visitasse Ecclesias, & loca pia suæ Abbatiae, & in actu Visitationis, Constitutiones, & leges fieri solitas in Synodo Diocesana edidisse, approbasse, & visitasse confraternitates illisque regulas tradidisse, rationes exegisse ab omnibus piorum locorum rectoribus, vt veros Ordinarios, processiones generales ordinasse, edicta promulgasse super obseruantia festorum, contulisse omnia benefi-

neficia etiam Parochialia cum totali institutione, & destitutione independenter ab Episcopo Calaguritano, approbasse Prædicatores, & Confessarios, concessisse eisdem licentias prædicandi, & confessiones subditorum audiendi, dispensasse in denunciationibus, & impedimentis matrimonialibus, litteras monitoriales concessisse, prout similiter licentias quæstuandi & laborandi in diebus festiuis indulgisse, publice exercuisse Pontificalia impartiendo trinam solemnem benedictionem, publicasse Iubilæa, & indulgentias etiam Bullæ Cruciatæ, contulisse Ordines Minores suis subditis, & quo ad Sacros dedisse litteras dimissoriales & denique generaliter exercuisse omnes, & quoscumque alios actus qui ab Episcopis expleri solent in eorum Diocesisibus; exceptis iis, quæ Ordinem Episcopalem respiciunt; scilicet confirmatione, oleorum consecratione, & maiorum Ordinum collatione.

Huiusmodi autem actus aded vniuoci, & ab antiquissimo tempore exerciti euidenter ostendunt, nostrum Reuerendissimum Abbatem habere omnimolam Iurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & populum suæ Abbatia tanquam existentes in Territorio proprio, & separato, cum explicari non possint nisi a Prælato ordinariam auctoritatem habente; vt de retentione Tribunalis apertum deputatione Vicarij Generalis, & ministrorum, tradit *Belett. de Iurisd. Abbat. §. Michael de Clusa §. unico num. 8. brozz. de offic. Vicar. lib. 1. quest. 4. Panimoll. decis. 12. adnot. 9. num. 1. Rota coram Gregor. decis. 325. num. 19. & coram Duno. Jun. 988. num. 4. & in Cauen. collationis Ordinum 26. Junii 1654. §. Territorium coram Verospio quæ est decis. 31. penes Tondut. de penson.*

De cognitione Caularum tam Ciuilium, quam Criminalium, beneficalium, & matrimonialium *Gratian. discip. cap. 212. num. 14. Miñan. in Bas. Pontific. Iurisd. tract. 2. fundam. 1. quest. 2. §. 4. num. 52. Barbof. de Iur. Ecclis. Uniu. lib. 1. cap. 17. num. 110. Rota coram Gregor. d. decis. 325. num. 19. & coram Dunozet. Jun. d. decis. 988. num. 4.*

De visitatione Ecclesiarum, & piorum locorum &c. *Bellet. d. §. unico num. 4. & 8. Grarian. d. cap. 212. num. 30. cum seqq. Barbof. d. cap. 17. num. 108. Pegaf. de competent. quest. 160. Miñan. loc. cit. num. 77. Rot. coram Peuting. decis. 23. num. 11. & coram Bichio decis. 459. num. 23. & seqq. & coram Seraphin. decis. 1050. penes Tamburin. de Iur. Abb. decis. 117. nu. 2.*

& in recent. decis. 294. n. 4. p. 1. decis. 203. nu. 13. par. 7. & decis.
 274. num. 5. par. 17. & in Capuana, seu Montis Cassinen. Paro-
 chialium 10. Martii 1679. §. concurren. coram Bourlemont. 1681
De institutione, & destitutione authorizabili Parochorum,
 aliisque beneficiorum prouisionibus Oliu. de for. Ecclesi. par.
 3. cap. 15. num. 27. Bellet. dict. §. unico num. 4. Miñan. loc.
 cit. num. 57. Barbof. de off. & potest. Episcop. alleg. 60. num.
 42. Tamburin. de Iur. Abb. tom. 3. disput. 9. quest. 22. Lotter.
 de re benef. lib. 1. quest. 25. num. 11. & seqq. Rota coram Peu-
 ting. decis. 12. num. 25. cor. Garat. decis. 10. num. 21. coram
 Dunozett. Iun. decis. 988. num. 4. & in recent. decis. 203. num.
 53. par. 7. & in dicta Cauen. Collationis Ordinum §. Territo-
 rium, & in dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium
 10. Martii 1679. §. concurren.; & in Barchinonen. Iurisdictionis
 2. Martii 1681. §. sicut enim coram clar. me. Cardinali Mat-
 theio, & in Marsicana seu Montis Cassinen. 22. Martii 1686.
 §. fundamentum coram eodem. 1687
De collatione Ordinum Mimrum suis subditis Hallier de sacr.
 elect. sect. 6. art. 1. cap. 1. tota in dicta Cauen. collationis Ordini-
 um §. eodem.
De concessione dimissoriarum subditis ad Ordines suscipiendos
 Gratian. dict. cap. 212. num. 23. & seqq. Barbof. cit. alleg. 7.
 num. 8. Bellett. dict. §. unio num. 9. in fine, Rota in dicta Ca-
 uen. collationis Ordinum §. eodem.
**De approbatione confessorum, & concessione licentiarum au-
 diendi confessiones, & predicandi** Gonzal. ad reg. Cancell.
 glos. 5. §. 8. num. 21. Tamburin. de Iur. Abbas. tom. 2. disput.
 8. quest. 4. num. 2. Barbof. alleg. 25. num. 5. Bellet. dict. §.
 unico num. 9. & seqq. Rota in Baren. Iurisdictionis 9. Maii
 1689. §. idem coram Ronduino & in Gerunden. Iurisdictionis
 super 1. dubio 5. Maii 1698. & nec suffragatur priuilegium coram
 R. R. D. Caprara.
De dispensationibus super denunciationibus matrimoniorum
 Barbof. de Episcop. par. 1. tit. 1. cap. 1. num. 16.
De acceptione Chrismatis & olei sancti a quocumque Catholico
 Antistite sibi benedicto Nicol. elucubr. Canon. lib. 2. tit. 14.
 num. 2. & seqq. Tamburin. de Iur. Abbas. tom. 3. disput. 2. quest.
 26. nu. 3. Cortiad. decis. 128. num. 23. Rota coram Bich. decis.
 459. num. 8. & seqq. coram Seraph. decis. 1025. num. 6. & 7.
 coram Carill. decis. 149. num. 4. & in dicta Capuana Collationis
Or-

Ordinum eodem §. & in dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. modus, & in Gerunden. Iurisdictionis super secundo dubio 5. Maii 1698. §. presupposito coram R. P. D. Caprara.

De erectione Confraternitatum, & earundem statutorum approbatione Barbof. de Iur. Ecclesiast. uniu. lib. 2. cap. 11. num. 77. & in Summ. decis. Apost. collect. 207. nu. 15. Capon. discept. for. 276. num. 53. & 54. Card. de Luca de præminent. disc. 10. num. 6. Rot. coram Bich. d. decis. 459. sub num. 19.

De exactiōe rationum a Parochis, cæterisque Ecclesiarum Rectoribus Rota coram Zaraf. decis. 10. num. 23. & coram Cerr. decis. 384. num. 2.

De indictione publicarum processionum Rota coram Cerro decis. 744. num. 11.

De solemnī benedictione post missarum solemnias, & laudes vespertinas, ac matutinas De Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 1. num. 5.

De relaxatione monitoriorum pro rebus deperditis de Marin loc. cit. num. 33. ad. 36. Bellet. dict. §. unica num. 22.

Et de aliis similibus actibus ordinariam, & plenariam Iurisdictionem inferentibus, & qui citràcompetentiam Iuris Diocesani peragi non potuissent, & n̄ facto latè recensentur tradunt Bellet. dict. §. unico num. 10. Rota coram Bich. d. decis. 459. num. 19. & seqq. & in dicta Cauen. collationis Ordinum §. Territorium, & in Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 6. Aprilis 1697. §. demum coram bn. me. Vrsino.

Ex non facto verò Episcoporum pro tempore pertinentia Iurisdictionis quasi Episcopalis ad Abbatem mirificè quoque comprobatur, quia iuxtà depositiones eorundem Testium nullum unquam ex prædictis actibus siuè in Ecclesiis, siuè in populum Abbatia per spatium tanti temporis exercuerunt, vel eosdem ab Abbatibus exerceri prohibuerunt, quod nimia ponderatione dignum esse dixit Rota in rec. decis. 106. num. 41. vers. denique par. 19. cum Episcopi segnes esse non præsumantur in conseruandis, vel defendendis propriis Iuribus vt firmavit Rota in Hispanen. Diuisionis simultanea 11. Februarii 1697. §. fin. coram R. P. D. Muto, & in Beneuentana, seu Thelesina Mozzezza D. Caroli 23. Iunii 1698. §. signanter coram eodem, & in Valentina Iurisdictionis 14. Februarii eiusdem anni §. fin. coram R. P. D. Priolo.

Si enim Abbates non habuissent Territorium proprium, & separatum, utique Episcopi pro tempore debuissent inter cetera visitare Ecclesias quantumvis exemptas, si non directe saltem causatiue ratione Populi & curæ in concernentibus administrationem sacramentorum, etsi non Iure ordinario, saltem Iure delegato à Sacro Concilio Tridentino *sess. 25. de regular. cap. 11. ut monet Rota coram Peutingen. decis. 53. num. 30. & coram. Cerra decis. 723. num. 7. & in Brixien. Iurisdictionis 5. Iulii 1688. §. validitas, & §. quibus positus coram R.P.D. Caprara.*

Cum ergo Episcopi non visitaverint Ecclesias Parochiales, illarumque Parochos, sed ab Abbatibus pro tempore visitari passi fuerint, necessario dicendum est non alia ratione secutum fuisse, nisi quia non suæ, sed Abbatum omnimodæ, & plenariæ Iurisdictioni subiectus erat populus Abbatia; cum optimè iisdem innotesceret quod dispositio Sacri Concilii in *dict. cap. 11. sess. 25. de regular.* tribuens Episcopis facultatem visitandi ex Iure delegato omnes Ecclesias etiam Nullius habentes annexam curam animarum, procedit in omnibus Ecclesiis Nullius improprie, & quæ non habent Iurisdictionem spirituales in Populum, & Clerum, & olum excipit Ecclesias, & Monasteria existantia in Territorio separato, & habentia Iurisdictionem quasi Episcopalem, ut distinguunt *Chokier de Iurisd. in exempt. par. 8. quest. 23. num. 2. & 3. Ras. de resident. cap. 4. sess. 6. num. 84. & 488. Gratian. discept. cap. 212. num. 30. & seqq. Pignatell. consult. 26. num. 3. & 19. tom. 2. Rota penes Tamburin. de iur. Abbat. decis. 117. num. 4. tom. 3. coram Mantio. decis. 362. coram Bich. decis. 459. num. 29. coram Cerra. decis. 723. num. 7 & 8. & decis. 744. num. 2. & 3. & coram san. me. Alexand. VIII. decis. 82. num. 17. & in recent. decis. 235. num. 5. par. 13. & decis. 71. num. 4. par. 14. & decis. 204. num. 10. par. 19.*

Eoque magis huiusmodi observantia negativa ex parte Episcoporum venit attendenda, quia licet obtinuisset quatuor decisiones favorabiles, duas scilicet *coram Pen. inter ejus impressas 1052. & 1072. & duas alias cor. Ortembergo post Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. in ordine 46. & 47. Super facultate approbandi Confessarios, & Prædicatores in nostro Territorio, nihilominus post complerum examen nostrorum testium, euidenter demonstrantium separationem Territorij non curarunt*

rarunt amplius litem prosequi, sed per spatium ferè integri sæculi passi fuerunt nostros Abbates continuare in libero, & pacifico exercitio omnimodæ Jurisdictionis quasi Episcopalis, nedùm quoad omnes alios Jurisdictionales actus, sed etiam in specie quoad licentias confitendi, & prædicandi, ex qua tolerantia, & acquiescentia per spatium tanti temporis resultat eorum incontrouertibilis confessio propriæ incompetentiæ Jurisdictionis tam ordinariæ, quàm delegatæ in nostro Territorio, & benè ponderat *Rota penès Postb. de manutenen. decis. § 44. num. 2. & 3. & coram Buratt. decis. 604. nu. pr. ibique add. litt. A. & in recent. decis. 105. num. 10. part. 17. & in Hispanen. Iuris votandi 4. Febr. 1677. §. in nihilo coram R. P. D. Caprara.*

Neque ad fundandam separationem Territorij concurrat solum obseruantia deducta ex actibus gestis per Abbates, & ex facto negatiuo Episcoporum, sed insuper eandem probationem mirificè corroborat iudicium Sedis Apostolicæ, & Nunciorum Apostolicorum, ac etiam magis explicita eorundem Episcoporum confessio.

Plures enim commissiones, ac littere Apostolicæ nostro Reverendis Abbati directæ fuerunt à S. Sede, ac Nunciis, & Commissarijs Cruciatæ, quæ non nisi Ordinarijs locorum, seu Episcopis, & Prælati iura quasi Episcopalia habentibus dirigi solent; prout sunt dispensationes matrimoniales, publicationes, Indulgentias, & Bullæ Cruciatæ, quas ad hunc effectum considerant *Portell. in du. regular. verb. Episcop. Rodrig. in summ. qq. regul. resol. 25. sub num. 5. Barbos. ad Sac. Concil. Trid. sess. 22. cap. 8. num. 22. de sacrif. Miss. Ricc. in prax. tom. pr. resol. 221. num. 2. Bellett. d. §. vnic. num. 13. Ciarlin. controu. 220. num. 69. Rota coram Seraphin. decis. 1052. num. pr. & coram Peuting. decis. 12. num. 26. & in d. Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 1672. §. retento in fine, & rursus S. Sedes priuatiuè ad Episcopum Calaguritanum, & Metropolitanum, recipit immediatè appellationes à sententijs latis in Tribunali Abbatis, & in specie considerat *Oliu. de for. Ecclies. p. 3. quest. 8. num. 35. & qu. 9. num. 14.**

Sicuti etiam cum in litteris ordinationis Clerici subiecti Abbati enunciatum fuerit, quod erat Diocesis Calaguritanæ, Eminentiss. Marefcottus tunc Nuncius Apostolicus mandauit vt dicta erronea enunciatiua corripere, vt Clericus nullius

Dioecesis denominaretur, quæ deliberata correctio probat
 Abbatiam extrâ fines Dioecesis Calaguritanae esse constitu-
 tam iuxtâ naturam verbi Nullius, vt monent *Capon. disceptat.*
118. num. 5. de Luca ad Grat. discept. cap. 212. num. 8. Corrad. in
prax. dispensat. lib. 7. cap. 4. num. 62. in fine add. ad Buratt. decis.
667. num. 25. Rota coram Merlino decis. 264. num. 5. ^{in glo. sup}
 Idem quoque probant litteræ requisitoriae ipsiusmet Reueren-
 dis. Aduersarij, nec non Archiepiscopi Burgen., in quibus
 deprecantur Reuerendis. Abbatem, vt permittat, & exequi
 faciat ipsorum citationes, & mandata intrâ districtum suæ
 Abbatia, & contrâ persona sibi subiectas, quod apertè de-
 monstrat Iurisdictionem totalem residere in Reuerendissimo
 Abbate, & Territorium eiusdem esse disiunctum, ac diuisum
 ab eorum Dioecesibus, vt monent *Ricc. in prax. resol. 300. ferè*
per tot. p. pr. Bellett. vbi suprâ num. 11. ex petitione enim licen-
 tiæ, defectus potestatis exeecendi iurisdictionem in Territo-
 rio Abbatis resultat, vt firmat *Rota in Hispanen. decimarum de*
Oliuares 18. Martij 1678. & simile coram Bourlemont. & in
dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. rur-
sus coram eodem, & in Hortuna Syluarum 10. Martij 1698. §.
conforme, & §. controuersa in fine coram R. P. D. Muto; Prout
 etiam suscitata lite de anno 164. per Episcopum contrâ Ab-
 batem super certis quæstionibus, & recognitionibus pro qui-
 busdam Ecclesijs sitis intrâ fines Dioecesis Calaguritanae, à
 lite recessit, omnibus prætenis Iuribus dimissis Abbati, suis-
 que successoribus, ex quo agnouit dictas Ecclesias in Terri-
 torio formali Abbatis consistere, quæ dimissio prætenorum
 Iurium fuit ab Innocentio III. confirmata, & rectè demon-
 strat nullum Ius Episcopocompetiisse; Nec sanè credibile
 videtur, quod oscitanter sibi voluerit Episcopus Calaguri-
 tanus præiudicare, cum huiusmodi tam explicita confessio-
 ne, vt aduertit *Rota in dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Pa-*
rochialium 1679. §. pertinencia. ^{in glo. sup}
 Hoc irrefragabile fundamentum consuetudinis immemorabi-
 lis superabundare deberet ad ostendendam Territorij sepa-
 rationem, sed nihilominus ad illam magis apertè proban-
 dam additur etiam res iudicata ex duplici sententia proma-
 nans, prima nempe arbitramentali lata ab Archidiacono
 Berbericensi, & duobus Canonicis Ecclesiæ Calaguritanae de
 anno 1228. in qua declaratur *Abbatem lege Dioecesana in*
aliquo non teneri erga Episcopum Calaguritanum, nec pos-
 se

se ab illo quoque modo molestari respectu plurium Ecclesiarum materialiter intrà fines Diocesis Calaguritanæ existentium, vti Monasterio annexarum, ac Iurisdictioni eiusdem Abbatis subiectarum: quæ planè sententia magis considerabilis euadit ob qualitatem Iudicum cum Canonici Ecclesiæ Cathedralis semper proni existimentur ad eius iurisdictionem tuendam, vt monet Rota in Beneuentana, seù Thelesina mozzetta D. Caroli 23. Iunij 1698. §. signanter coram R.P. D. Muto, & in Gerunden. beneficij 21. Aprilis eiusdem anni §. qua consideratione coram R.P.D. Olmo.

Altera verò promulgata de anno 1246. ab Abbatibus di Silos, & Bugeto, ac Archidiacono Tirafonen. Iudicibus ab Innocentio IV. delegatis, quæ vndecim sigillorum nuncupatur, fuitque ab eodem Pontifice in forma specifica confirmata; In illa enim omnimoda Iurisdictione in populum Abbatis subiectum tributa fuit Abbati, nam petente Episcopo Calaguritano super quibusdam Ecclesijs sitis intrà fines materiales eius Diocesis sibi adiudicari *Iura Episcopalia institutionem, videlicet, destitutionem, subiectionem, correctionem, & censuram Ecclesiasticam, vocationem ad Synodum, cognitionem causarum matrimonialium, & Ecclesiasticarum, visitationem, procuratorem, Cathedralicum, Tertias Pontificales, & decimarum, atque obedientiam, & reuerentiam, declaratum fuit absolendum esse Reuerendiss. Abbatem ad impetitis per Episcopum, omniaque Iura prædicta adiudicanda Abbati, quam quidem sententiam Episcopus, & Capitulum Calaguritanum acceptauerunt.*

Ex his autem sententijs clarissimè conuincitur nostrum Monasterium, & Abbatem habere omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem, & Diocesanam tam in Ecclesias, quam in Clerum, & subditos sæculares priuatiuè ad Episcopum Calaguritanum, nedùm attenda natura sententiæ, per quam regulariter Iurisdictione ab Episcopo ablata, & inferiori tradita absque vlla reseruatione translata censetur quoad omnia, Iura Episcopalia etiam concernentia legem Diocesanam in populum, iuxtà notabile dictum *glossæ marginalis, quæ incipit nota ergo in cap. per exemptionem, & ibi Io. Andr. nu. 2. vers. sed si obijcitur, Anchar. num. 3. vers. 4. nota Gemin. num. 13. vers. sed contra istum Textum Franch. num. 3. vers. quinto nota de priuileg. in 6. Innocent. in cap. recepimus num. 4. de priuileg. Rota coram*

Mantic. decis. 361. num. 5. & 6. & decis. 362. & in recent. decis. 234. p. 4. ac decis. 203. num. 19. p. 7.

Uerum etiam ex qualitate, & natura verborum dictarum sententiarum, per quas soluto omni Jure etiam reuerentiali erga Episcopum translatum fuit in Abbatem Ius instituendi, & destituendi Parochos illarum Ecclesiarum privativè ad Episcopum; Vndè pernecessè sequitur quod ex hac adiudicatione Iuris autorizabilis instituendi, & destituendi Parochos translata pariter fuit Jurisdictio quasi Episcopalis, & plenaria in populum, ut tradunt *Gemin. in cap. unico de Capell. Monach. in 6. ibique Franch. num. 5. Ancharan. in fin. Passerin. num. 2. & seqq. Lap. alleg. 139. Ansaldo. consil. 34. numer. 134. & seqq. Oliu. de for. Ecclesiast. par. 3. cap. 15. num. 10. Murg. de Benefic. quest. 2. num. 182. Rota penes Murg. qq. Pastoral. decis. 14. numer. 30. & penes eundem ad Constitutiones Benedictinas decis. 15. & in Civitatis Castellii Canonicatus 28. Junii 1682. §. Nec minus coram b. m. Enerix.*

Institutio enim destitutio Rectorum Parochialium est signum uniuocum plenariæ subiectionis Ecclesiarum, & populi erga Institutentem juxtà doctrinam *Innocentii in cap. Cum inter num. 2. de sent. & re iudic. ubi Abb. numer. 2. gloss. in cap. unico verbo ipsi de Capell. Monachor. ibique Gemin. nu. 2. ubi quod est signum uniuocum Jurisdictionis Episcopalis.*

Propterea quoties per sententias à Pontifice confirmatas solum fuit tam Ius reuerentiale, quam Dioecesanum Episcopi etiam quoad Parochorum institutionem, & destituti onem consequenter dici debet solum etiam quoad omnimodam administrationem, & Jurisdictionem tam spiritualem, quam temporalem in populum, & Clerum, ut firmant *Ansaldo. dict. cons. 34. num. 134. & seqq. Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 24. num. 114. Rota post Murg. qq. Pastoral. decis. 14. numer. 31. & coram Martino Andr. decis. 54. numer. 2. & 5. & in recent. decis. 204. numer. 3. & seqq. part. 19. alias monstruosum esset quod caput, idest Parochus, esset uni subiectum, membra verò, idest populus, essent subiecta alteri Prælato, ut ad propositum ponderant *Ros. de resident. c. 4. sect. 6. nu. 138. Cardin. de Luca de Jurisdic. disc. 4. n. 10. & disc. 14. n. 15. & 17. ubique nu. 4.**

Hinc meritò de anno 1572. paucis elapsis annis post Sac. Concilii promulgationem decisum fuit ab hoc Sac. Tribunali in Calaguritana de Badaran Clericos Abbatia nihil habere agere

agere cum Episcopo Calaguritano, neque illos, neque Reverendissimum Abbatem teneri accedere ad Synodum Episcopi, aut illius Constitutionibus Synodalibus ligari; quæ resolutio rectè ostendit quod usque de illo tempore Abbas plenariam Iurisdictionem in Clerum, & populum exercebat, cum alias Clerus, & populus legibus Synodalibus subiectus fuisset, & ad Synodum respectivè accedere, eiusque decreta servare debuisset, ut tradunt *Ugolin. de potest. Episc. cap. 48. §. 2. num. 1. Chokier de Jurisdic. in exempt. par. 4. q. 19. Masobr. de Synod. Dioces. cap. 3. dub. 2. numer. 2. & seqq.*

Quod benè agnovit, & approbavit etiam Sacra Congregatio Concilii usque de anno 1605. in controuersia tunc vertente inter Reverendissimum Abbatem, & Reverendissimum Episcopum Calaguritanum super approbatione Confessoriorum, & Prædicatorum, dum declaravit, quod si in sententia undecim sigillorum soluitur Ius Diocesenum Episcopi, etiam quoad reverentiam inclusivè, & hæc sententia à Sede Apostolica confirmata reperitur, nullum penitus Ius Episcopo remanserit etiam in ordine ad approbationem Confessoriorum, & Prædicatorum, quam censuit spectare ad Abbatem tanquam verum Ordinarium, ut in nostro *summario num. 20.*

Quapropter hoc etiam Sacre Congregationis decretum clarissimè confirmat Iurisdictionem quasi Episcopalem nostri Abbatis, cum alias inferiori non habenti Territorium separatim cum qualitate nullius, nunquam competere possit facultas approbandi Prædicatores, & Confessarios juxta sanctionem Conciliarem *sess. 24. de Reformat. capit. 4. ubi Barbos. numer. 7. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 25. numer. 14. & seqq. Cardin. de Luca de Jurisdic. disc. 1. numer. 8. & in adnotat. ad Sacr. Concil. disc. 3. numer. 16. & firmatum fuit in decisionibus huius Cause 45. 46. & 47. ubique num. 1. penes Tamburin. de Jur. Abbat.*

Adeoque non subsistit fundamentum contrariæ *decif. 47. sub numer. 14. penes Tamburin. loc. cit.* quod nempe dictæ Sac. Congregationis Concilii declaratio innitatur falso præsupposito, quod Ius reverentiale in rotum esset in dicta sententia undecim sigillorum ab Episcopo abdicatum; cum ex lectura sententiæ dicta Iuris reverentialis adiudicatio ad favorem Abbatis appareat.

Nec

Nec ad eneruandam efficaciam huius validissimi fundamenti releuat responsio iusuata in dicta *decisione* 47. *post Tambur.* quod ista sententia loquatur solum de nonnullis Ecclesijs existentibus intra fines Dioecesis Calaguritanae, non autem de toto districtu Abbatiae, adeoque ab vno ad aliud illatio fieri non possit.

Aduertendum quippè est, quod hæc Iurisdictio plenaria quoad Ecclesias in sententia comprehensas non fuit attributa Abbati, & ab Episcopo avulsa ex aliquo peculiari Iure, vel priuilegio eisdem Ecclesijs competente, de quo nulla mentio habetur in eadem sententia, sed tantum ex Iuribus, & priuilegijs competentibus Abbati, uti Abbati Monasterii, ex quo dictæ Ecclesiæ erant membra, & grangia ejusdem Monasterii, ut desumitur ex responsionibus datis libello pro parte Abbatis, & consequenter si ita iudicatum fuit quoad membra, & dependentias, quanto magis id dicendum venit respectu capitis communicantis privilegia eisdem membris, ut bene ponderat *Rota decis. 686. part. 4. tom. 3. recent. & in Lucen. Iurisditionis 22. Martii 1694. coram R. P. D. Caprara, cujus particula datur in Summ. num. 25.*

Caput enim, & membra sunt inter se correlativa, & omnia quæ competunt membris communicantur capiti sicut è conuerso omnia, quæ militant pro capite extenduntur ratione unitatis ad membra, ut interminis Iurisditionis competentis Ecclesiæ, seu Monasterio principali quod communicetur etiam alijs Ecclesijs quamvis existentibus in Dioecesi aliena firmavit *Rota decis. 459. coram Bichio, & in dicta Capen. collationis ordinum 26. Iunii 1654. coram Verospio, & in Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. coram Bourlemont confirmata 17. Junii 1686. coram clar. me. Card. Matthæio, & in Nonantulina Iurisditionis 22. Iunii 1693 coram R. P. D. Caprara.*

Alias si hæc Iurisdictio competens Abbati in Ecclesijs dependentibus, non competiisset a fortiori respectu Monasterii principalis, Episcopus non institiisset tantum pro Iure approbandi Confessarios, & Prædicatores in istis Ecclesijs, sed eadem Iura Episcopalia, quæ prætendebat in eisdem Ecclesijs, multò magis promouisset quoad quamplures alias Ecclesias materialiter existentes in Territorio & Dioecesi Calaguritana à Monasterio tamen tanquam ejus membra, & grangia de-

scendentes ; dum igitur restinxit suam præensionem ad istas Ecclesias, quas utri existentes intra fines suæ Diocesis credidit forsan non esse subiectas omnimodæ Iurisdictioni Abbatis, saltem quoad concernentia curam animarum, & populum; ex hac ipsa petitione adeò restricta, & qualificata manifestè deducitur quod respectu Monasterii principalis, aliarumque Ecclesiarum in Territorio & Districtu Abbatia existentium Iurisdictione Abbatis non impugnabatur, cum regulare sit quod Iurisdictione præensa restrictiue ad aliquem locum, vel in aliquo casu supponat illius euidenter exclusionem in aliis locis, & casibus ad tradita per *Rot. coram Coccin. decis. 376. num. 5. & 6. coram Merlin. decis. 829. num. 5. & coram Bich. decis. 474. num. 8. & in Vicen. Iurisdictionis 3. Iulij 1663. §. & propterea coram Castrill.*

Ac proindè amplius attendi non merentur antiquæ decisiones scilicet 1052. & 1072. coram Penia, & 46. & 47. coram Ortembergo impress. penes Tambur. de Iur. Abbat. quia illæ vnicè innituntur fundamento quod tunc non constaret de separatione Territorii, ac de Iurisdictione quasi Episcopali nostri Abbatis; vndè quoties hoc fundamentum nostrorum Testium post emanatas dictas decisiones formiter examinatorum uigore remissorialium Rotalium, & ex aliis rationibus superius deductis insubsistens detegitur, debet per consequens corruere etiam subsistentia decisionum, quæ illi innituntur ad notatà per *Rotam decis. 274. num. 11 par. 17. recent. maximè cum fuerit benignè concessa facultas illas reuocandi, qua proindè reuisione pendente non veniunt amplius supponendæ, ut dixit Rota penes Post. de manuten. decis. 246. n. 10. & d. decis. 274. sub num. 11. par. 17. recent.*

Triplex namque est fundamentum earundem decisionum, nempe Iuris assistentiæ fauore Episcopi, nonnullæ enunciatiuæ, & Testium depositiones; quorum tamen fundamentorum insubsistentia facili negotio demonstratur.

Quando quidem Iuris assistentiæ suffragari non valet quoties Prælati inferior reperitur in actuali possessione Iurium Episcopaliū & exercitii omnimodæ Iurisdictionis, præsertim cum ista possessio Abbatis suffulta sit titulo præsumpto privilegii Apostolici ex re iudicata, & consuetudine immemorabili resultantis, quæ quidem possessio transfundit onus probandi situationem Abbatia in Diocesi in Episcopum eadem

dem possessione destitutum, vt firmat *Bellet. sepè cit. §. unico num. 24. Rota coram Seraph. decis. 1278. per tot. & coram Vbald. decis. 75. num. 9. & coram Dunozett. Sen. decis. 309. num. 7. & seqq. & coram san. me. Alex. VIII. decis. 185. num. 10. & penes Tambur. de Iur. Abbat. decis. 54. num. 1. & 5. & penes Post. de manut. decis. 438. num. 3. & in rec. decis. 274. num. 8. par. 17. & 106. num. 20. & decis. 204. num. 3. & seqq. par. 19. & in Capuana, seu montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. penult. coram Bourlemont, nec Iuris assistentia procedit quo ad loca existentia extra Diocesim cum Territorio proprio, & separato, vt ait *Rota d. decis. 274. num. 8. par. 17. rec.**

Enunciatiuæ verè emissæ in nonnullis Bullis, & instrumentis nec minus attendi merentur in concursu formalis probationis factæ super Territorii separatione ut firmavit *Rota coram Seraphin. d. decis. 1278. num. 2. & 3. & cor. Cerro decis. 744. num. 9. & 10. & coram Vbald. d. decis. 75. num. 1. & sequen. & decis. 126. num. 1. cum pluribus seqq. & coram Peuting. decis. 12. num. 14. & decis. 23. num. 2. & seqq. & in recent. decis. 203. num. 13. par. 7. & signanter attenda possessione priuatiua Abbatis, quo casu similes enunciatiuæ nullatenus releuant, vt dixit *Rot. coram Martin. Andr. decis. 54. sub num. 8. & coram Cerro d. decis. 744. num. 9. & 10. & coram Coccin. decis. 1054. num. 6. & 7. & coram Peuting. decis. 12. num. 14. & decis. 23. num. 2. cum sequen.**

Præsertim cum nunquam habeantur in consideratione si principaliter, vt hic disputatur de re enunciata, & incidenter emissæ fuerint, vt firmavit *Rota coram Seraphin. d. decis. 1278. num. 4. & coram Vbald. d. decis. 75. num. 2. & in recent. decis. 203. num. 9. par. 7. & decis. 111. num. 10. par. 19. & in montis Cassinen. Præminentiarum 30. Aprilis 1677. §. nec ex præsumptionibus, coram Albergato, & in Meliten. Ecclesiarum super bono Iure 18. Martii 1684. §. vel demum. coram Benincasa, non enim simplices enunciatiuæ facti veritatem valent immutare vt dixit *Rota in Leodien. præpositura super negotio principali 26. Ianuarii 1691. §. parum coram Reuerendissimo Decano, considerando insuper quod etiam enunciatiuæ Pape, licet inducere valeant aliquam præsumptionem; elidi tamen possunt per contrarias probationes Territorium separatum concludentes, vt cæteris allegatis firmavit *Rota in Compostellana Parochialis 10. Martii 1688. §. hoc autem, & seqq.***

coram bon. me. Vrsino, & insuper aliquæ ex dictis enuntiati-
uis ad instantiam partis processerunt, & sunt de directo con-
trariæ sententiæ vndecim Sigillorum latae de anno 1246.
ideoque non veniunt attendendæ, vt tradit *Abbat. in cap. du-
dum num. 3. de priuilegiis Rot. coram Vbald. decis. 126. num. 1.*
& sequen. & in rec. d. decis. 203. num. 9. par. 7.

Et quatenus concurrunt aliquæ enuntiatiuæ Abbatum, vel Mo-
nachorum, occurrit responsio, quod docti de statu contra-
rio, & separatione Territorii inaduertenter, & per errorem
emissæ censentur, vt monet *Rota in Nullius, seu Prouincia
Terraconen. 13. Iunii 1695. S. præterea coram clar. me. Cardi-
nali Thaurusso, & in omnem casum iidem non potuerunt me-
diantibus similibus enuntiatiuis scienter, vel ignoranter mo-
nasterio preiudicare, vt tradit *Rota decis. 102. num. 7. penes
Tamburin. de Iure Abbat. tom. 3. & d. decis. 1278. num. 3. co-
ram Seraphin. & decis. 480. num. 4. par. 1. & decis. 203. num.
10. par. 6. recent.**

Non releuante illarum antiquitate, quia scilicet quamuis enun-
ciatiuæ antiquæ aliquam inducere valeant præsumptionem,
illa tamen prorsus cessat quoties non coadiuvarur ab aliis
adminiculis, & signanter à longæua possessione, quæ in ca-
su nostro militat fauore Abbatis, non autem Episcopi: quippe
cum illæ non habeant nisi vim famæ, in nihilo releuant, nisi
concurrat possessio, quam cum semper penes Reuerendissi-
mum Abbatem extitisse probatum fuerit, illæ in nulla consi-
deratione haberi possunt vt dixit *Rota decis. 792. in princip.
par. 1. dict. & coram Vbald. decis. 126. num. 6. & sequen. vbi
concordantes.*

Depositiones pariter Testium, quibus eadem decisiones inni-
runtur, nequaquam concludunt Abbatiam consistere intra
Diocesium Calaguritanam, nam plures deponunt de pro-
pria credulitate adeòque nihil probant vt tradunt *Corn. conf.
189. num. 1. Menoch. conf. 1004. num. 3. Rota coram Cerro de-
cis. 147. num. 5. & in Romana, seu Veliterna Mutui 26. Apri-
lis 1697. S. Alter cor. R. P. D. Ansaldo, alii verè sunt examinati
ad perpetuam & ideo nec ipsi, sunt attendendi, vt per *Text.
in l. si quando C. de testib. monet Rota coram Cerro d. 213. num.
5. & coram Coccin. decis. 182. num. 1. & in recent. decis. 259.
num. 2. par. 1. & decis. 348. num. 22. par. 17. pluresque sunt
sub**

subditi Episcopi, & ob id eorum fides minuitur, ut tradunt *Albert. de Malett. de Testib. par. 2. num. 47. Gabriel. conclus. comm. tit. de Testib. concl. 10. num. 23. Farinac. quest. 55. num. 212. Rota decis. 187. num. 22. par. 12. recent. & in Sabinen. seu Ciuitatis Castellane Inundationis 27. Ianuarii 1698. §. sed præterea coram R. P. D. della Tremoille, & 4. Iunii eiusdem anni §. circa eos cor. R. P. D. Caprara.*

Itemque nil aliud concludunt nisi quod Abbatia circumdatur limitibus Diœcesis Calaguritana; cum tamen aliud sit confinare cum Diœcesi, aliud vero includi intra limites Diœcesis, vt bene aduertit *Ciarlin. contr. for. cap. 220. num. 89. & 90. nec reddunt causam scientiæ, prout opus esset, vt monet Rota coram Cerro decis. 135. num. 20. & decis. 147. num. 5. & decis. 151. num. 10. & in Vicen. hebdomadaria 4. Iulii 1698. §. demum coram R. P. D. Muto, & in precis terminis respondit Rota d. decis. 203. num. 3. cum seqq. par. 7. recent.*

Eorumque dicta destruuntur ex Testibus post dictas decisiones formiter examinatis concludentibus situationem Abbatia extrâ Diœcesim Calaguritana, & optimam reddentibus causam scientiæ, qui præferri debent, tum quia sunt numero plures, vt monet *Rota coram Gregor. decis. 322. num. 6. cor. Cerro decis. 104. num. 7. coram Bich. decis. 138. num. 14. & in recent. decis. 119. num. 2. par. 19. tum quia validissimis adminiculis suffulti sunt ex documentis nouitè compulsatis resultantibus, vt firmanr *Castren. cons. 192. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 25. sub num. 16. in fine lib. 4. Gabriel. de Testib. concl. 4. num. 28. & 64. Rota cor. Bich. decis. 138. num. 16. & in recent. decis. 32. num. 3. part. 18.**

Quatenus verò Testes contrarii deponunt Abbates interuenisse in Synodo, exindè non probatur illorum subiectio Episcopo, quia rogati, & requisiti, & tamquam Consultores interuenierunt, non autem quia ad id essent obligati, vt firmatum fuit in *Calaguritana de Badaran. 4. Iulii 1572. quæ autem geruntur ad preces alterius, & voluntariè nullum irrogare valent præiudicium Monasterio, vt firmat Bordon. contr. regul. tom. 2. resol. 68. num. 41. Rota penes Post. de manuten. obser. 26. num. 20. & in recent. decis. 224. num. 7. par. 6. & decis. 184. num. 21. par. 10. & decis. 285. num. 15. par. 15. & in Colonien. beneficii 27. Iunii 1696. §. non obstante coram R. P. D. dell'*

Olmo, & in Romana Communantiarum, & Fontanilis 3. Martij 1698. §. demùm coram R. P. D. Priolo.

Sicuti pariter prætenfa contributio subsidij in Dioecesi Calaguritana impositi ab Episcopo insubsistens detegitur ex nostrorum testium depositione, qui ex dictis præferri debent testibus pro parte Episcopi adductis, præsertim quia isti solùm asserunt solutionem subsidij fieri pro bonis, & redditibus, quæ Abbas possidet in Dioecesi Calaguritana, quòd nihil habet commune cum bonis Monasterij, & Abbatia, cum esse possit, quòd Abbas aliqua bona particularia habeat in dicta Dioecesi, vel de illo tempore habuerit, quæ non sunt pars constitutiva Dioecesis Abbatis, vnde dicta probatio uti æquiuoca, neque concludens attendi non meretur *ad text. in l. neque natales C. de probat. Rota coram Merlino decis. 870 nu. 5. cor. Greg. decis. 405. nu. 2. & in recent. dec. 181. nu. 13. p. 19.* & fortiùs quia Testes contrarij deponere debuissent de solutione subsidij facta à toto Clero, non autem à solo Abbate, quòd asserere non potuerunt, cum veritas stet in contrarium, vt probant nostri Testes.

Minùs refragari valet, quòd ex iisdem Testibus contrarijs refultet Clericos Abbatia ordinatos fuisse ab Episcopo Calaguritano, quia ex nostris Testibus numero maioribus, & optimè informatis depromitur minores ordines collatos fuisse ab Abbate eisdem Clericis, vel illos cum dimissorijs Abbatis ad Episcopos sibi benè visos accessisse, & sæpiùs ad Episcopum Calaguritanum ratione vicinitatis, & commoditatis, prout idem ex dimissorialibus ab Abbate concessis, & ex litteris Ordinationum à pluribus Episcopis subscriptis comprobatur, Idque etiam contingere potuit, ex quo ipsi contraxissent domicilium in Dioecesi Calaguritana, vel ex quo in ea beneficium aliquod obtinuissent, quo casu æquè benè poterant ordinari tam ab Abbate, quàm ab Episcopo ad formam *Text. in cap. nullus de tempor. ordinat. in 6. Garz. de benefico. part. 2. cap. 4. num. primo, & seqq. Pax Jordan. var. elucubr. tom. pr. lib. 3. tit. 6. num. 73.* vel ex quo obtinuissent Indultum à Summo Pontifice, vt ordinati possent à quocumque Episcopo, quo casu ordinati censerentur Iurisdictione delegata, non autem ordinaria, vt monet *Tamburin. de Iur. Abb. tom. pr. disput. 15. qu. 9. nu. 30. Rota coram Carill. decis. 159. num. 23. & seqq. & coram Duno. Iur. dec. 988. num. 8. & seqq.*

Et

Et hæc sola possibilitas referendi huiusmodi actus ad aliquam causam extrinsecam, & comparibilem, sufficit vt illi tamquam æquiuoci attendi non mereantur, vt in fortioribus terminis tradit *Pignatell. consult. 26. num. 2. tom. 2. Rota penes Tambarin. decis. 57. num. 7. & seqq. & decis. 59. nu. 5. & coram Duno. sen. decis. 309. sub num. 19. & coram Duno. Iun. dec. 988. num. 7. & in recent. decis. 106. num. 41. p. 19.*

Denique, vel huiusmodi actus non potuerunt præiudicare Monasterio tamquam clandestini, & gesti absque scientia, & patientia Abbatum, vt firmat *Gratian. discept. cap. 870. num. 22. & seqq. Rota decis. 218. num. 26. & decis. 250. num. 12. coram Royas, & decis. 467. num. 15. coram Peuting. & decis. 832. num. 9. coram Coccin. & decis. 75. num. 12. coram Vhald. & d. decis. 288. num. 15. coram Duno. Iun. & decis. 274. num. 9. part. 17. recent. & in Surrentina Iurisdictionis 21. Februarij 1698. §. & ob id coram R. P. D. Anfaldo, & in Leodien. Iurisdictionis 11. Aprilis eiusdem anni §. prout etiam coram Reuerendis. Ponente.*

Vel saltèm tamquam paucissimi, suffocati remanserunt à tot alijs longè maioribus, & magis præponderantibus gestis pro parte Abbatum, & habentibus pro se duplicem titulum rei iudicatæ, & consuetudinis immemorabilis, vt benè aduertit *Rota in decis. 274. num. 9. p. 17. recent. & in d. Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium §. Tùm quia coram Bourlemont.*

Supplicando etiam animaduertere, quod si ad destruendam Iurisdictionem Prælati inferioris sufficerent paucissimi actus gesti pro parte Episcopi, & pro maiori parte, vel æquiuoci, vel clandestini in concursu aliorum validiorum numero plurium, & longa annorum serie continuatorum à Prælato inferiori; nulla vnquam canonizaretur exemptio, nullumque Territorium separatum, quia regulariter in omni casu concurrunt aliqui, & longè maiores ex dictis actibus fauore Episcopi; & nihilominus hoc Sacrum Tribunal illos semper neglexit, & positiuè reiecit vti clandestinos, & turbatiuos, quoties cum titulo priuilegij, vel rei iudicatæ possessio immemorabilis vrgentioribus actibus comprobata concurrebat fauore Abbatis; ex ea validissima ratione, quod actus aliqui gesti ab Ordinario non conseruant causam vniuersalem Iurisdictionis, quoties cum aliquo titulo actus eiusdem, & diuersi generis gessit inferior in populum, vt videre est *in decis. 12. sub nu. 16. & seqq. & decis. 23. sub num. 7. coram Peuting. & dict. decis. 988. num.*

num. 7. & decis. 1001. in fine coram Duno. Jun. & decis. 145.
num. 9. & seqq. coram Carill. ac in recent. decis. 203. num. 19. &
seqq. par. 7. & decis. 274. num. 10. & seqq. part. 17. & decis. 106.
num. 27. ad fin. et decis. 204. num. 10. part. 19. et in d. Capuana,
seu Montis Cassini. Parochialium coram Bourlemont.

Cum igitur ex his omnibus sublatae penitus remaneant omnes
exceptiones deductae in contrariis antiquis decisionibus, iure
mento credimus non esse imposterum de qualitate Territo-
rij separati dubitandum, & pro illius competentia favore
Reuerendissimi Abbatis respondendum, prout supplica-
mus.

Quare &c.

Io Baptista Bottinus.)
Ant. Maria de Bechetis.) Adu.
Antonius Bertonijs.)
P. Val. Martorellus.)

REVERENDISS. DOMINO
MOLINES

DECANO.

Nullius, seu Calaguritana Juris
ordinandi.

PRO

Reuerendis. Abbate, & Regio, Vene-
rabiliq; Monasterio S. Æmiliani
Ordinis S. Benedicti Congr.
Hispaniarum.

CONTRA

Illustris. & Reuerendis. Episcopum
Calaguritanum.

*Restrictus Iuris super Territorio
separato.*

ROMÆ, Typis Reu. Cam. Apost. 1700